

NOVVS ORBIS.

Totum hoc Hemisphærium (quod America, atque ob immensam suam amplitudinem, Novus Orbis hodie vocatur) veteribus incognitum mansisse vsque ad annum à Christo nato M. cccc. xcii. quo primùm Christofero Columbo Genuense detectam fuit, humanæ admirationis modum excedere videtur. Considerata namq; cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimorum Imperiorum ad perquirendas Regiones commoditate, opportunitateq; tum humani generis dira atque insatiabili auro atque argento inhiantē cupidine, nihil non tentante, quò iis potiatur quibus hæ Regiones incredibili copia abundant, tam diu potuisse nostro Orbi latere, non semel mirati fuimus. Sunt, qui hanc Continentem à Platone sub nomine Atlantis descriptam opinentur; Inquitque Marinæus Siculus in Chronico suo Hispaniæ, hinc nummum antiquum Augusti Cæsaris effigie insignitum, in aurifodinis inuentum esse, missumque in rei veritatem summo Pontifici, per D. Ioannem Rufum, Archiepiscopum Consentinum. Nonnulli Senecam Poëtico cæstro percitum, prælagisse huius inuentionem, hisce fatidicis versibus, opinantur:

<i>Venient annis</i>	<i>Pateat tellus, Typhisque novos</i>
<i>Sæcula seris, quibus Oceanus</i>	<i>Detegat Orbes,</i>
<i>Vincula rerum laxet, & ingens</i>	<i>Nec sit terris vltima Thyle.</i>

Quemadmodum & illud Sibyllæ Carmen, quod Iacobus Nauarchus inuentum scribit Anno M. ccccc. v. in calce Lunæ promontorij (Rochan de Sinna vulgò dictum) ad littus Oceani, quadratæ colomnæ insculptum; regnante Emanuèle Lusitanorum rege:

*Voluntur saxa litteris & ordine relictis,
Cum videas Occidens, Orientis opes.
Ganges, Indus, Tagus, erit mirabile visu,
Merces commutabit suas vterque sibi.*

Tota hæc Orbis pars hodie circumnavigata est, præter eum tractum qui Septentrionem aspicit, cuius littora nondum perlustrata sunt. A Septentrione in Meridiem descendit sub forma duarum Peninsularum, quæ tenui Isthmo discernuntur. Ea Peninsula quæ Septentrionalior est, Nouam Hispaniam, Mexicanam Prouinciam, Terram Floridam, & Terram nouam comprehendit. Meridionalior verò (quæ Terra firma Hispanis vocatur) Peruuiam, Bresiliamque continet. Quarum omnium Regionum cognitionem legere potest Geographiæ studiosus apud Leuinum Apollonium; Petrum Martyrem Mediolanensem; Maximilianum Transsylvanum, qui Latina lingua de iis scripserunt. Plura non negligenda etiam videre sunt inter Iesuitarum epistolæ. Promittit & Postellus Commentaria rerum Atlanticarum.

Hi sequentes ex professo de ea scripserunt: sed vernacula lingua omnes, quæ vtrplurimum Hispanica est; sed Italica interpretati magna ex parte etiam extant.

PETRVS CIECVS LEGIONENSIS,	FRATER MARCVS NIZZENSIS,
GONSALVS FERNANDVS OVIEDVS,	FERNANDVS ALARCHONIVS,
FERNANDVS CORTESIVS,	FRANCISCVS XERESIVS,
PETRVS ALVARADVS,	IOANNES VERAZZANVS,
DIEGVS GODOYVS,	AMERICVS VESPVCIVS,
ALVERES NVNNIVS,	FRANCISCVS LOPES DE GOMARA,
NVNNIVS GVSMMANNVS,	HIERONYMVS BENZONIVS,
FRANCISCVS VLLAVS,	IACOBVS CARTIER, &
FRANCISCVS VASQVES,	ANDREAS THEVETVS, Gallicè scripsit,
ANTONIVS MENDOZA,	IOANNES STADENSIS Germanicè.



Vtcrius Septentrionem versus hę regiones incognitę adhuc sunt.

ARCHIPELAGO DI SAN LAZARO.

OCCIDENS

NOVA GVINEA, Andre: as Corsalus Florent: videtur eā sub nomine Terry Picinnacoli designare.

AMERICA SIVE NOVI ORBIS, NOVA DESCRIPTIO.

CIFICO.

MERIDIES.

SEPTENTRIO.

MARE ATLANTICVM.

ORIENS.

TERRA DEL FUEGO.

PATAGONVM REGIO. vbi incolę sunt gigantes.

Hic vsiam insula esse, auro diuites nonnulli uolunt.

He due insule, infortunate sunt dictę a Magellano, quod nec homines nec victui apta haberent.

Las dos hermanas
Malabrigo
Los volcanes
La surfana
Refting de ladrones
Zamal
Inf: de los corales
Los iardines
Inf: de los reys
Los volcanes
La barbadia
Los volcanes
Isola de los tiburnes



